

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 189. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583940064/facsimile.pdf> (tilgået 29. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Optegnelsesbog

189

Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram et prebent	ibidem
fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum	
Credite in domino deo vestro et securi eritis,	2. Para: 20. d.
Credite prophetis eius et cuncta euenient prospera ·	
5 Crede deo et recuperabit te	Ecci 2. b
Qui timetis dominum credite et non euacuabitur merces vestra ·	ibidem

[Resten af Blad 46 ubeskrevet]

[47 a]

De astrologis qui se mathematicos vocant

Vnde dicitur Esaie xlvij : Defecisti in multitudine consiliorum tuorum : stent et saluent te augures celi,
10 qui contemplabantur sydera et supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi, Ecce facti sunt quasi stipula ignis combussit eos, non liberabunt animas suas de manu flamme, etc

In hoc locum sic dicit Hieronymus Isti igitur qui supputant
15 menses annosque dinumerant et horarum momenta librantes futurorum scientiam pollicentur Dicant tibi quid dominus super te cogitauerit illisque tacentibus quid venturum sit propheta respondit, ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, vt qui salutem aliis promittebant sua ignorabant supplicia

20 Vnde idem Hiero : In illud Hieremie x Hec dicit dominus Juxta vias gentium nolite discere, et a signis celi nolite metuere que gentes timent quia leges populorum vane sunt

Sic inquit Proprie aduersus eos loquitur qui venerantur celestia,
25 et que in signa sunt posita annorum, temporum, mensium et dierum, ab his estimant regi humanum genus et ex causis celestium terrena moderari, Quodque ait leges sine legitima populorum vane sunt, omnem humanam sapientiam futilem esse demonstrat et nullam habere in se vtilitatem,

Hinc Ambrosius super 2^o capite ad Colossenses ait, Quod quidem omnem incredulum latet in Cristo omnem esse sapientiam et scientiam, quia non legunt in euangeliis astrologiam, Non in apostolo geometrica, non in propheta arithmetica, nec musicam, que idcirco despecta sunt a nostris, quia ad salutem non pertinent, 5
sed magis mittunt in errorem, et auocant a deo, vt dum his student raciocinacionum disputationibus curam anime sue non habent, Que enim tam vera sapientia est, nisi cognouisse quid prosit et despexisse quod obsit

[47 b] Quid sentiendum de astrologia diuinaria que 10
et matematica dicta est

Nulla fuit vnquam nocentior pestis que plures orbi calamitates inuexit, quam ipsa astrologia diuinaria, que libenter cupit videri scientia, si tamen possit geminam exuere stulticiam etiam si per 15
eam ad furorem vsque insanant et stulti adolescentes et deliri senes Duplex est enim astrologorum error alter quod multa celo subiiciunt que inde non pendeant, alter quod que etiam efficit celum, inde tamen ab eis vt putant preuideri non possunt. Vnde celi dominator apud Job .ca. 38 . Numquid nosti ordinem celi et pones rationem eius in terra? Et infra Quis enarrabit celorum ra- 20
tionem? Atque ideo loquitur spiritussanctus per Hieremiam prophetam ca. 10 . dicens Iuxta vias gentium nolite discere et a signis celi noli metuere que gentes timent quia leges populorum vane sunt. Vnde Augustinus in libris confessionum de astrologis loquens quos christiana (inquit) et vera pietas expellit et damnat ac 25
iccirco Basilius occupatissimam dixit esse vanitatem . Ambrosius inutilem et impossibilem. Theodoretus a philosophis etiam confutatam. Chrysostomus vanam falsam ridiculam. Vnde Seuerianus in libro de septem artibus postquam de vera dixit astronomia Tum ea (inquit) que attinent ad preuidentia [48 a] futura ita debere 30
nesciri vt nec scripta esse videantur . sunt enim fidei nostre sine dubitatione contraria Hec ille ad verbum. Hinc astrologus decreto Gregorii iunioris anathema pronuntiatur Et in concilio Toletano Si ipse presbyter aut diaconus fuerit in monasterium relegatur sceleris ibi penas perpetua detencione daturus Impium est ¶ ita- 35
que ne dicam stultum astrologorum prestigiis et imposturis homi-